

lucundi odoris in utroque uiscum amarum & lentum. Hyphear ad saginada pecora utilis. Vitia modo purgat primo: dein ea pinguefacit: quae suffecere purgationi. Quibus si aliqua tabes intus negant dura re ea. Edendi ratio aetatis quadragenis diebus, adiciunt discrimen in iis quae folia imitant: & ipsi decidere. Contra inhaerere nato, in aeterna fronde. Omnino aut fatum nullo modo nascitur: nec nisi per aluum auium redditum: maxime palumbis & turdis. Haec est natura ut nisi maturatum in uentre auium non proueniat. Altitudo eius non excedit cubitale semper fructuosi ac uiridis. Mas fertilis. Foemina sterilis. aliquando non fert. Viscum sit ex acinis qui colliguntur messu tempore immaturi. Nam si accessere hymbres amplitudine quidem augentur: uisco uero marcescunt. Siccant deinde: & aridi tunduntur: ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus. Vnumque ex hoc rebus putrescendo gratiam inuenit. Inde in profuente rursus maleo thulis amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est uiscum pennis auium tactu ligandis. Iuglandis oleo subactu cum libeat insidias moliri. Non est omittenda in ea re & galliae admiratio. Nihil habent druides: ita suos appellant magos: uisco & arbore in qua gignatur: si modo sit robur: sacratius iam per se robore eligunt lucos: nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt: ut inde appellari quoque interpretatione graeca possint druides uideri. Enim uero quicquid adnascat illis e caelo missum putant: lignumque esse electae ab ipso deo arboris. Est autem id rarum admodum inuentum: & repertum magna religione petietur. Et ante omnia sexta luna: quae principia mensium annorumque iis facit & laeculi post tricesimum annum: quia iam uirium abunde habeat: nec sit sui dimidia. Omnia sanantur appellantes suo uocabulo. Sacrificio epulisque rite sub arbore praeparatis duos admouent candidi coloris iuuauros: quoque cornua tunc primum uinciantur. Sacerdos candida ueste cultus arborem scandit. Falce anrea demetit. Candido id excipitur sago. Tum demum uictimas immolant precantes ut suum domum deus prosperum faciat iis quibus dederit. Fecunditate eo potio dari cuiusque animali sterili arbitrantur. Contraque uenera omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerumque religio est.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE. LIBER. XVII.
PROOEMIUM.

Arborum pretia Mirabilia.

Cap. i.

Natura arborum terra marique sponte sua prouenientium dicta est. Restat earum quae arte & humanis ingeniis fiunt: uerius quam nascuntur. Sed prius mirari succurrit: quae abstulimus penuria pro indiuiso possessa a feris depugnante cum iis homine circa caducos fructus. Circa pendentes uero & cum alitibus: in tanta deliciae precia uenisse clarissimo: ut equidem arbitror: exemplo. L. Crassii atque Cn. Domitii aenobarbi. Crassius orator fuit in primis nominis Romani. Domus ei magnifica: sed aliquanto praestantior in eodem palatio. Q. Catuli qui cimbro cum C. Mario fudit. Multum uero pulcherrima consensum aetate ea in colle uiminali. C. Aquiliis equitis Romani clarioris est tum quam iuris ciuilibus scientia: cum tamen obiecta Crasso sua est. Nobilissimae gentium ambo Crassus atque Domitius censuram post consulatum simul gessere: anno conditae urbis sexcentesimo sexagesimo secundo frequentem iurgis propter dissimilitudinem morum. Tunc Cn. Domitius ut erat uehemens natura: praeterea accensus odio quod ex emulatione auidissimum est: grauitate increpuit tantum censorem habitare: pro domo eius milia nummorum identidem promittens. Et Crassus ut praesens ingenio semper & faceto lepore solers concedere se respondit: exceptis sex arboribus. Ac ne uno quidem denario: si adimerentur: emptam uolentem Domitio. Crassus utrum ne igitur ego sum inquit quae Domitii exemplo graui & ab ipsa mea censura notandus: qui in domo quae mihi hereditate obuenerit comiter habitem? an tu qui sex arbores aestimes? Ea fuere loti patula ramorum opacitate lasciuiae. Cecina largo e proceribus crebro in iuuenta nostra eas in domo sua ostentante. Duraueruntque quoniam & de longissimo aetate arborum diximus ad Neronis principis incendia: quibus cremauit urbem: annis. clxxx. Postea cultu uirides iuuenesque: ni princeps ille accelerasset etiam arborum mortem. ac ne quis uilem de caetero Crassi domum nihilque in ea iurgante Domitio fuisse dicendum praeter arbores iudicet. iam columnas quattuor hymettii marmoris aedilitatis gratia ad scenam ornandam aduectas in atrio eius domus statuerat: cum in publico nondum essent ullae marmoreae. Tam recens est opulentia tantoque tunc plus honoris arbores domibus afferebant: ut sine illis ne inimicitiarum quidem preciam seruauerit Domitius. fuere ab iis & cognomina antiquis. fronditio militi illi qui praecleara facinora uultum transnans fronde capiti imposta aduersus Hannibalem edidit. Stolonum Liciniae genti ita. n. appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis: unde & papinatio inuenta primo. Stoloni dedit nomen Fuit & arborum cura legibus praescis: cuius est. xii. tabulis utique iniuria cecidisset alienas lueret in singulas siclos aeris. xxv. Quid existimamus? futuras ne eas credidisse ad supradictam aestimationem illos qui frugiferas tanti taxuerat. Nec minus miraculum in pomo est multa: circa suburbana fructu annuo addito binis milibus nummum ma-